tribularentur ⁊ de necessitati
bus eoꝝ liberavit eos. Et edux
it eos de tenebris ⁊ umbra mor
tis ⁊ vincula eoꝝ disrupit. Con
fiteantur domino misericordie eius ⁊
mirabilia eius filiis hominum.
Quia contrivit portas ereas ⁊
vectes ferreos confregit. Suscepit
eos de via iniquitatis eoꝝ propter
iniusticias enim suas humiliati
sunt. Omnem escam abhominata est
anima eoꝝ ⁊ appropinquave
runt usque ad portas mortis. Et
clamaverunt ad dominum cum tribula
rentur ⁊ de necessitatibus eoꝝ
liberavit eos. Misit verbum suum
⁊ sanavit eos ⁊ eripuit eos de
interitionibus eoꝝ. Confiteantur
domino misericordie eius ⁊ mirabilia eius
filiis hominum. Et sacrificent sa
crificium laudis ⁊ annuntient
opera eius in exultatione. Qui des
cendunt mare in navibus facien
tes operationem in aquis multis.
Ipsi viderunt opera domini ⁊ mirabi
lia eius in profundo. Dixit ⁊ stetit
spiritus procelle ⁊ exaltati sunt fluctus
eius. Ascendunt usque ad celos ⁊
descendunt usque ad abyssos anima
eoꝝ in malis tabescebat. Turbati sunt
⁊ moti sunt sicut ebrius ⁊ omnis
sapientia eoꝝ devorata est. Et clama
verunt ad dominum cum tribularentur ⁊
de necessitatibus eoꝝ eduxit eos.
Et statuit procellam eius in auram
⁊ siluerunt fluctus eius. Et leta
ti sunt quia siluerunt ⁊ deduxit eos in
portum voluntatis eoꝝ. Confitean

tur domino misericordie eius ⁊ mirabilia
eius filiis hominum. Et exal
tent eum in ecclesia plebis ⁊
in cathedra seniorum laudent eum.
Posuit flumina in desertum ⁊
exitus aquarum in sitim. Ter
ram fructiferam in salsuginem
a malitia inhabitantium in ea. Po
suit desertum in stagna aquarum ⁊
terram sine aqua in exitus aqua
rum. Et collocavit illic esurien
tes ⁊ constituerunt civitatem ha
bitationis. Et seminaverunt agros
⁊ plantaverunt vineas ⁊ fece
runt fructum nativitatis. Et benedixit
eis ⁊ multiplicati sunt nimis ⁊
iumenta eoꝝ non minoravit. Et pau
ci facti sunt ⁊ vexati sunt a tribula
tione maloꝝ ⁊ dolore. Effusa est con
temptio super principes ⁊ errare fecit
eos in invio ⁊ non in via. Et adiu
vit pauperem de inopia ⁊ posuit
sicut oves familias. Videbunt
recti ⁊ letabuntur ⁊ omnis ini
quitas oppilabit os suum. Quis
sapiens ⁊ custodiet hec ⁊ intelli
get misericordias domini.

Visita nos domine in salutari tuo.
E u o u a e. Confitebor domino. E u o u a e

Paratum cor meum deus paratum cor
meum cantabo ⁊ psallam
in gloria mea. Exurge gloria mea
exurge psalterium ⁊ cythara
exurgam diluculo. Confitebor tibi
in populis domine ⁊ psallam tibi in
nationibus. Quia magna super celos
misericordia tua ⁊ usque ad nubes veritas